



Opvs Theologicvm

In Tres Tomos Distribvtvm, In quo praecipua totius Theologiae capita
accurate pertractantur ... Adiecto ad finem Tertij Tomi Indice rerum
notabilium

Qui totam primam partem D. Thomæ, ac multa alia continet, quorum
Indicem sequens pagina dabit

Mauro, Silvestro

Romae, 1687

Francisco Mariæ Sanctae Mariae In Dom[i]nica S. R. E. Diacono Cardinali
De Medicis Eminentissimo Principi Felicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84111](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84111)

FRANCISCO MARIAE

SANCTAE MARIAE IN DOMNICA

S. R. E.

DIACONO CARDINALI

DE MEDICIS

Eminentissimo Principi

FELICITATEM.



HOC habent Magni Principes, ut ve-
luti communes Parentes habeantur,
& sint. Mirum itaque videri non
poterit, si orba Genitore suo Proles
hæc, quæ meis è Typis prodire amat
in lucem, in Tuum (Eminentissime PRINCEPS)
conuolet sinum, quem Patris loco habiturum esse
confidit: Nouit enim Te eminere, ut reliquis om-
nibus dotibus, quas in Te Natura, Virtus, & For-
tuna plenâ manu congeßit, sic maximè commen-
dari ab Animi Benignitate, qua humaniter adeò om-
nes excipis, amantèr foues, constantèr tueris, ut vi-
dearis

dearis hæreditariæ Dominationis oblitus, vnus
ambire Humanitatis Principatum. Ignoscendum
proindè mihi erit, quòd aulerim ad Te confiden-
tèr accedere, & labori huic meo Tuum implorare
Patrocinium. Meretur id Author Sapientissimi
huius Operis nuper extinctus non sine lacrymis
seueriorum disciplinarum, quibus explicandis in
Collegio Romano ætatem omnem contriuit, mox
imprimendis, ad beneficium Posterorum, vitam ip-
sam impendit. Dignus proindè, vt qui alieno com-
modo mortem sibi festinauit, alieno beneficio im-
mortalitatem consequatur. Tuum id erit, Eminentis-
sime PRINCEPS, si librum hunc Tuo inscriptum
Nomine prodire iusseris. Reueretur enim locus
omnis, & ætas tanti Nominis Maiestatem, com-
munemque volet Authori huius eruditissimi Ope-
ris, & Defensori famæ æternitatem. Romæ die 6.
Iulij 1687.

Eminentiæ Tuæ

Humill. Addictiss. & Obstrictiss. Seruus
Nicolaus Angelus Tinassius.